



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117867

§. 47. Literæ ad Britones datæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)

ret. Venilo huic consilio obsecutus, Re- Sæculum IX.
gi reconciliatus est, & Judicium Episco- A. C. 859.
porum declinavit.

§. XLVII.

Litteræ ad Britones datæ.

Synodus Saponariensis etiam ad Episco- c. 8.
pos Britannia, in Schismate perseve- *Sup. Lib.*
rantes, dedit Epistolam, quæ solum ad XLVIII.
quatuor Episcopos antiquos dirigebatur; §. 43. p. 695.
tres enim recentiores non recipiebantur. Hortatur Synodus, ut ad obedientiam Archiepiscopi Turonensis Metropolitanæ sui redeant, & cum illis, quos ipse ob crimina sua a Communione Ecclesiæ exclusisset, non amplius communicent. Sequuntur deinde monita ab iisdem Episcopis Salomoni, qui supremam in Britannia potestatem ambiebat, suggerenda, quibus ad præstandam Regi Carolo obedientiam permoveretur. Præterea ad novem Gentis Britonum Optimates, quorum maxima erat auctoritas, Epistola data, qua justitiæ memores esse, & salutis suæ timere monentur, addita comminatione, si obstinate in errore perseverarent, Sacro Ecclesiæ fulmine esse prosternendos. Ex illa Epistola dispicitur, Britanniam non minus quam Franciam latrociniis ceterisque calamitatibus fuisse vexatam.

Uu 5

In

Sæculum IX.

A. C. 859.

c. 10.

Sup. n. 22.

Hincm.

præf. de

Præd. v.

Maug. Diff.

c. 40.

c. 10.

In hoc Concilio iterum lecti sunt Articuli de Doctrina Prædestinationis a Remigio Lugdunensi & Hincmaro Remensi compositi, videlicet, sex primi Articuli Concilii Valentini, & quatuor Concilii Carisiacensis. Cum Canones Valentini legerentur, Episcopi Hincmaro faventes quædam opponere parabant; sed Remigius eorum animos delinivit gravibus verbis edicens, si quibusdam Episcoporum hi Articuli non probarentur, utrinque Libros Patrum producendos esse in futuro Concilio, ubi communi consensu, quæ Traditioni Ecclesiæ magis consentanea visa fuissent, definirentur. Non nulli adversæ partis hæc explodere & dicere, non esse illos Articulorum, quos defenderent, Auctores. Hincmarus vero & plerique ipsi faventes non ignari, cum Adversariis doctissimis & eruditissimis sibi rem esse, ceteros edocuerunt, Articulorum Valentini Fautoribus potuisse argumenta gravia suppetere, cur paterentur, has quæstiones aliquanto tempore agitari, priusquam communi consensu resolverentur. Itaque cum Hincmarus Remigii sententiam amplecteretur, Synodus Saponariensis decrevit, Articulos, de quibus dissentirent, in proximo Concilio post restitutum pacem celebrando esse examinandos.

§. XLVIII.